UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lvdovici Carrionis Antiqvarvm Lectionvm Commentarii III

Carrion, Louis

Antverpiæ, M D LXXVI

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-70907

Visual Library

publicitus aſſeruatos) qui in huius orationis ſcriptura, cum publicatis exemplaribus conſentiret, & non potius ab ijs longiſsime diſcederet? quorũ variantes ſcripturas, cum in caſtigationibus Saluſtionis recenſuerim, quid attinet repetere? ad veram lectionem proxime accedit Buſlidianus alter; in quo eſt: *Neque plebe militia volenti putabatur, & Marius aut belli vſum, aut ſtudia vulgi amiſſurus*. cui ſi litterulam addideris, quam interpretum detraxit inſcitia, Salluſtio ſua verba reddideris. ſcripſit ille, quod & Priſcianus notauit: *quia neque plebei militia volenti putabatur, & Marius aut belli vſum, aut ſtudia vulgi amiſſurus*. vtroque orationis membro vox, *eſſe*, reticetur, & illud, *putabatur*, repetitur. poſtremo *plebei*, pro, *plebi*, vetuſte ſcribitur. quorum ignoratio ſcriptorem optimum deprauauit. Locutionis illius exempla in Tacito, Liuio, Macrobio, & hoc ipſo Salluſtio occurrent plurima. neque tamen alia illa aeque proba & antiqua loquendi ratio, *volentia plebi*, apud Salluſtium eiuſque imitatorem Tacitum, in iſtam, de qua loquimur, phraſin, quod alios tentare video, poteſt mutari. qua de re capite proximo diſſeretur.

Priſcian. li. XVII.

FINIS.

Collegij Societatis JESV Paderbornæ 1636.

Impenſis Chriſtophori Plantini
excudebat I. Maſius.
1567.

Ant. Mureti
Variae Lectiones
L. III
25

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN